



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

156. An qui prius emisit votum Castitatis, aut Religiones, & postea fœminam deflorauit, fide data contrahendi cum ea, teneatur eam in vxorem ducere, vel votum adimplere? Et an in prædicto casu iste ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

& proinde lex Trident. videtur respicere ad legem ciuilē, & secundum illam intelligenda; atqui lex unica, C. de raptu. Non videtur intelligi de raptu per feminam factō.

Quid ego sentiam dicam breuiter: Prima opinio videtur mihi satis probabilis, sed quia secunda est magis communis inter Doctores, videtur mihi probabilis, & illi adhæreo.

3. Sed hic obiter quārō, An raptus irrīter etiam sponsalia; & affirmatiōne respondet Cornejo in 3. part. D. Thome, tract. 6. de impedim. matrim. dub. 38. qu. 4. Nec obstat dicere, quod decretum irritans matrimonia clandestina, non extendit ad sponsalia, ut dictum est, ergo nec decretum irritans Matrimonium cum raptu. Respondeo, nego consequentiam, quia respectu raptus militat eadem ratio in Matrimonio, & sponsalibus, scilicet defectus talis libertatis, secus verō in contracitu clandestino, ut diximus agendo de sponsalibus.

Sup. hoc in Ref. prae-  
dicta, & in  
aliō §. eius  
prima. not.  
Nora hic etiam, quod raptus, puella consentiente, parentibus ramenauit, non dirimit Matrimonium. Ita probabilit̄ docet Cornejo ubi supr̄,  
quæf. 3. & alij, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 9. diff. 2. quæf. 3. quia quamvis iste sit verus raptus ratione iniūt̄, que parentibus interrogatur, quam puella remittere non potest; tamen, quia finis Concilij est cauere, ne puella metu consentiat, qui in hoc casu cessat, idē Matrimonium erit validum, quamvis contrahatus tempore, quo est in poestate raptoris. Et confirmatus; quia consensus Parentum non requiritur ad valorem Matrimonij, nec Concilium petit; quod parentibus restituatur, aut eorum consensus exspectetur, sed solum, quod in loco tuto ponatur, ut planè libera maneat. Et ita hanc sententiam reuerit etiam Martinus de San Joseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de matrim. n. 6. & Caspensis in Curs. Theol. tom. 2. tract. 26. diff. 9. fct. 1. 4. num. 95.

### RESOL. CLIV.

An si deprehensus in stupro offerat matrimonium, ne prodatur iustitia, non obstante tali metu, teneatur illud matrimonium in conscientia adimplere? Et quid, si metu mortis à Patre, vel consanguineis inferente matrimonium offerat?

Et quid est, si deprehensus in adulterio metu mortis offerat matrimonium cum aliqua consanguinea mariti?

Et notari, si aliquis minister iustitia eum, quem iuste ad mortem, vel aliam peccatum grauem, dñare debuerat, impunitate oblatu, iunxit, ut eius filia ducat in vxorem, eadē matrimonium non valens, secus autem si illi, qui capite plectendus est ob homicidium probatum legitime, promittatur impunitas, si ducat filiam, vel uxorem occisi. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 127. alias 228.

Sup. hoc si.  
§. 1. **H**ic casus olim accidit, & de illo interrogata ex Ref. 139. lego do. Etiam n. 1. & in tom. 3. Ref. 91. propositum. Tertia, si videt.

Hic respondi affirmatiōne cum Basilio Pontio de matr. lib. 4. ap. 19. n. 10. vbi sic assert: Si deprehensus in stupro offerat eosanguineis matrimonium cum illa, vel in adulterio deprehensus, offerat matrimonium cum aliqua consanguinea mariti, non valens, dummodo id faciat metu mortis inferendæ à consanguineis, vel à viro. Is enim metus esset illatus iniūt̄, cūm non possint iustè occidere, sed tantum comprehendere, & iudici prodere. Valet autē in eo casu matrimonium huiusmodi, quia offertur, vel exiguntur in premium ne prodatur, vel accusetur, quod iult̄ face te poterant, quia ibi potissimum est iniuria consanguineorum, vel maciti, & ed tendere debet iudicis sententia, ut iniuria compensetur. Quare si sine sententia cō-

pensatioñem offert, quam Lessius iudicat sufficientē, nihil agitur contra bonos mores. In quo vides latum esse discri men inter hunc casum, & eos de quibus agitur in lētimore, & in līstī quidem ff. de eo quod metu causa. Hac Pontius, ex quibus in casu occurrenti via debit Confessarius, an matrimonium oblatum fuerit metu mortis inferendæ, vel ne proderetur iustitia. In primo casu respondebit matrimonium esse nullum, secus autem in secundo casu, quia in primo casu metus incurrunt iniūt̄ non autem in secundo. Et hæc valde notentur, quia sapientis in praxi solent accidere.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod si aliquis minister iustitiae, cum quem iult̄ ad mortem, vel aliam peccatum grauem damnaire debuerat, impunitate oblatu inuitet, ut eius filiam ducat in vxorem, tale matrimonium non valere. Et ratio patet ex dictis, quia ille re vera in tali casu infert metum iniūt̄, abutiturque potestate, cum non fiat vila delicti compensatio, ratione cuius metus iult̄ possit inferriri. Et ita docet Rebello part. 2. quæf. 11. fct. 2. n. 14. & 15. Pontius de matrim. lib. 4. cap. 19. n. 13. licet contraria sententia doceant Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 12. num. 10. & Coninch de Sacram. disp. 2. 8. dub. 1. concl. 3. n. 10. Secus autem dicendum est, si illi, qui capite plectendus est ob homicidium probatum legitime, promittatur impunitas, si ducat filiam, vel uxorem occisi; nam in tali casu adest compensatio iustæ facta per Iudicem. Idem dicendum est, si Index deprehensio in homicidio, vel alio crimine, propter quod iustæ possit occidere, minetur mortem, & per se tantum intendat pro crimine supplicium sumere, tu verò ut mortem euadas, sponte eandem feminam poscas in vxorem, quamvis scias, non aliter condonandam esse peccatum, matrimonium valet. Et hæc omnia docet Pontius loco citato.

Sup. hoc in  
Ref. 1. not.  
præteritæ §.  
2. ante me-  
dium. à vers.  
Vnde.

### RESOL. CLV.

An qui post votum Religionis, vel Castitatis corrupit fœminam sub pacto coniugij, teneatur illam dicere? Et an in dielō casu teneatur talis contrahere, sed ante consummationem debeat ad religionem transire? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 202. alias 203.

§. 1. **A**ffirmatiōne respondent Doctores, nempe quod si quis post votum Religionis, aut castitatis virginem corripit sub sp. & pacto coniugij, vel aliam feminam honestam famam, tenet illam ducere, & consummare, nisi ea gratis remittat obligationem; aut alia via illi satisfactione praetita, liberè consentiat. Et ita inter multos docet Vasquez opus, de refut. cap. 2. §. 2. dub. 6. num. 20. & Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 45. num. 3.

Sup. hoc in  
duab. seqq.  
Ref. & supra  
in Ref. 28.  
§. Sed quid  
post mediū.

2. Notandum est tamen, ut bene adiutetur, & docet Basilius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 12. n. 9. quod probabile est, si talis tenebatur voto Religionis, tenet quidem contrahere, sed ante consummationem debere ad Religionem transire. Ratio probabilitatis hac est, quia potest commode utriusque obligationi satisfacere iustitiae, contrahendo: sic enim resarcitur damnum illarum illa deceptione. Voto autem, transiendo ad Religionem. Cum ergo commode possit utriusque satisfaci, non est cur dicamus, obligationem voti Religionis aut cessare, aut differri. Ita Pontius.

Sup. hoc eōa  
summationē  
in Ref. 1. not.  
præteritæ  
ad līn. 3.

### RESOL. CLVI.

An qui prius emisit votum Castitatis, aut Religionis, & postea feminam defloravit, sive data contrahendit

Nu. 2. 424

cum ea, teneatur eam in uxorem ducere, vel votum adimplere?

Et an in predicto casu iste teneatur contrahere, sed ante consummationem debeat ad Religionem transire? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 3. 8.

Quia hic est §. 1.  
Rel. antecedens, & in aliis eius primæ annot.

Ego ipse in 3. part. tr. 4. ref. 203. adduxi circa præseniem dubitationem opinionem Sanechez, afferentis teneri eam ducere; adduxi etiam opinionem Pontij aientis, quod si talis tenebatur voto Religionis, teneti quidem contrahere, sed ante consummationem debere ad Religionem transtire. Et licet haec opiniones sint probables, nunc vero aliud non minus probabilem adducam nempe huiusmodi hominem non posse licere matrimonium contrahere, sed debere ad Religionem configurare, aut castitatem seruare. Et ita docet Petrus Ochagavia de Sacr. tract. 1. de mair. qnast. 18. n. 12. quia posterior obligatio non potest derogare priori, quando sunt eiudicem generis; ut si ego promitto Petro prius meum pallium, & postea illud Francisco etiam promitto, etiam si Francisco aliquid pecunia mihi dederit pro tali spe, pallium nihilominus debetur Petro, & non Francisco. Sed younes promisit Deo corpus suum, ergo licet postea illud permittat feminæ, sub eaque spe corpus eius in copulam acceperit, priorem promissionem prævalere necessum est. Secundum probatur, quia iste non tenetur ducere uxorem ratione promissionis, quia haec nulla est, cum sit illicita, & contra votum, neque etiam ratione damni illati, quia hoc damnum potest resarciri media pecunia, qua sua est, & non media corpore, quod suum quodammodo non est, sed Deo debitum per votum. Et haec omnia docet Ochagavia loc. cit. Vnde cum omnes supradictæ opiniones, ut dixi, sint satis probables, in causa occurrenti eligat quis quam maluerit.

## RESOL. CLVII.

An qui prius votum Religionis, aut Castitatis emisit, virginem defloravit cum promissione matrimonii, teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 279. alias 280.

Sop. hoc in duabus pre- cedentibus Ref. & supra in Refol. 28. 5. Sed quid, post mediū.

§. 1. R espondent communiter, quod non obstante voto teneret ad contrahendum matrimonium, si puella votum promittentis ignorauit, quia ingressus religionis iam factus est ei illicitus, non enim potest ingredi, nisi graueni injuriam irrogando puellæ. Ergo, &c. Deinde iustitia vinculum fortius est, quam charitatis, sed ob charitatis vinculum superueniens non potest quis ingredi religionem, ut ratione parentum indigentia. Ergo à fortiori propter vinculum iustitiae, quale est hoc de quo loquimur. Et ideo hanc sententiam tenet Lessius lib. 2. cap. 10. dub. 4. num. 32. Reginaldus tom. 2. lib. 31. cap. 36. n. 258. Coninch de Sacr. diff. 23. dub. 3. concil. 6. n. 24. Valquez opusc. de restit. cap. 5. §. 2. dub. 6. n. 16. & seq. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. diff. 45. n. 3. Gutierrez de matrim. cap. 25. n. 7. & alij. Haec sententia est probabilis.

2. Sed contrariam etiam esse probabilem concedit ipse Sanchez, & Gutierrez ubi supra, & ego tamē esse existimo, quia in tali casu deflorans virginem, non tenetur ratione promissionis, quia nulla fuit, tanquam promissio rei illicitae contra votum; neque etiam ratione damni, quia violans virginem nuptiis non promissis non tenetur eam ducere, sed aliter satisfacere. Sed idem est non adesse promissiōnem, vel ea esse nullam, ut est in casu nostro. Ergo, &c.

3. Nec obstat dicere hanc promittentem tesserae ratione damni pueram defloratae ducere, ut si negarentur, cum ramen promissio nulla fuerit, quia non pondero, quod in eo casu tenebatur verò promittere, hanc sententiam tenet Navarrus, & Rodriguez, quos citat, & sequitur nouissimum Layman in Theol. moral. lib. 5. tr. 10. part. 1. cap. 2. n. 5. Cum enim (in ille) per votum prius Deo ius acquistum sit, non potest votens illud propriæ libertate tolle, magis rem cum altero obligationem contrahendo, non habet votum votio contrarium suscipiendo.

4. Ad argumenta vero contraria sententia posset quis respondere, quod parum ut genitum sit modo sumitur aperte quod probandum est, (aliquantum plus obligari illi feminæ, quam Deo per votum). Ad secundum responder Sanechez lib. 4. tr. 10. cap. 3. negando iustitiam fortius obligare, quam votum; grauus enim peccat, quam qui in eadem materia violat iustitiam. Igitur dicuntur illi virgines sententiam ex supradictis fatis probabilem esse, si quis habens votum Religionis, deflorat virginem cum promissione coniugij, potest vel tale matrimonium contrahere, vel Religionem ingredi.

## RESOL. CLVIII.

An qui post votum Castitatis contraxit matrimonium, teneatur ante consummationem ingredi Religionem, quando id est necessarium ad seruandum virginem, & quando alter coniugus non vult Castitatem. Idem dicendum est, si votum Castitatis emisit post matrimonium ratum. Restant etiam nonnulla circa votum suscipiendo Ordinationes sacras, in quibus innotescit votum Castitatis, & circa votum ingrediendi Religionis, & circa votum non contrahendi matrimonium, si potest prædicta ea quis contrarie, quid est faciendum explanare. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 40.

§. 1. A ffirmatiuè respondet D. Thomas Scottus, & alij, quos affert Coninch de Sacram. diff. 34. dub. 5. n. 34, quia illi teneat in quantum possit seruare votum castitatis. Sed iam non est aliud medium praeter ingressum Religionis, & in eis angustias, ut nullum iam aliud medium sit praeter ingressum religionis, ipsa voluntate se inducere, ergo tenebit hoc medio vi, ne cogitat altero coniunge debitum reddere, atque adeo non seruare integrum castitatem.

Verum mihi negotiis sententia magis placet, quam ruetur Perez de uot. diff. 6. 1. fol. 3. n. 1. Dicatulus de Sacram. tom. 3. tr. 10. diff. 9. dub. 10. num. 112. Sanchez, Pontius, Hurtadus, & alij penes ipsos.

2. Dico igitur, prædictum coniugem voto castitatis ligatum ante contractum matrimonium non tenere ante consummationem ingredi religionem ad illud votum implendum, sed posse matrimonium consummaret, non exigendo, sed reddendo. Probo id primò, quia iste non vult religionem ingredi, ergo non est ad id cogendus, ut possit seruare castitatem; quia ut huius votu satisfaciat, non uniuersum suscipere medium tam ordinum, ac difficultus est ipsa quam vout. Sicut si quis habitans Romæ vouluerit peregrinationem ad Virginem Loretanam, si possit transferret domicilium ante impliacionem voti in Indias, tametsi peccaret, tamen hoc facto non obligari voto, quia contrarium esset nimis durum, ac moraliter impossibile.

3. Secundò, nemo tenetur rem inferioris ordinis communica-

ANTON  
Opera  
Tom. 1. & II  
E III